



non habent; quapropter cum ad
fidem et ueritatem ueniunt. et
agentes penitentiam remitti
sibi peccata deposcunt. non eos de
cipimus neq: fallimus. cum corre
ctos a nobis ac reformatos in eo
quod deprauati atq; peruersi
sunt ad regnum caelorum sic
disciplinis celestibus erudimus.
ut quod in eis integrum est nullo
modo uiolemus. nec propter ho
minis uitium. si quid in homine di
ē. uel nullum uel uitiosum esse dica
mus. Jam pauca restant ex epistola
ad iubaianum. sed quia in eis et
de preterita ecclesie consuetudine
dicitur. et de baptismo iohannis.
quod sol et non paruam mouere
questionem hominib. rem manifes
tam parum attendentib. quia ius
si sunt ab apostolo in xpo baptizari
qui baptismum iohannis acceperant.
non neglegenter tractanda sunt.
et in uolumen aliud sufferenda.
ne huius modus immoderatus sit;
amen

EXPL LIB QUARTUS;

INCIP LIB QUINTUS.

ECCLESIE CATHOLICE CON
SUETUDINEM PRISTINAM
NUNC TENERI. CUM AB
hereticis uel schismaticis ueni
entes si euangelicis uerbis conse
cratum baptismum perceperunt
denuo non baptizantur. Beato cy
priano teste utimur; ipse quippe
sibi questionem proposuit. ex ore
utiq: fratrum siue quaerentium
ueritatem. siue pro ueritate certan
tium. Inter disputationes enim
suas quibus uolebat ostendere
denuo baptizandos hereticos.
de quib. satis pro tempore libris
superioribus dictū ē. ait; sed dicit aliquis;
quid ergo fiet de his qui in preteritū
deheresi ad ecclesiam uenientes.
sine baptismo admissi sunt. et
hic tota causa donatistarum cum
quibus nobis de hac questione con
flictus ē penitus naufragauit;
si enim uere baptismum non habe
bant. qui uenientes ab hereticis.
ita suscipiebantur. et super eos
erant peccata eorum. cum commu
nicatum ē talib. siue ab eis qui
erant ante cyprianum. siue ab ip
so cypriano. necesse ē. ut unum

Intende hic causa nup exortu

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc130/0515